



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum, atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus, excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Interstitiorvm Circa Ordinvm Susceptionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

feff. 23. qui debent esse 12. annorum, uel in ætate requisita ad sponsalia, quæ est septem annorum expletorum, cap. licet de sponsal. Couarr. de sponsal. cap. 2. num. 2. part. 1.

RESOLVT. CCVIII.

- 1 Declaratio Sacre Congregationis refertur.
- 2 Repentini casus importans necessitatem.
- 3 Scandali euitandi causa licet recedere à regulis iuris.

An mulieres, quæ habent suspensionem ne eis aliqua vis inferatur à Maritis, possint reponi in Monasterijs Monialium causa educationis.

Sacra Congregatio censuit in hæc uerba. *Mulieres quæ sunt in discordia cum Marito, & eius seuitiam timeant, si extra culpam sunt, quandiu iustam causam timendi habuerint, debent si sunt in Monasterijs tolerari in posterum, verò huiusmodi mulieres non debent recipi, si verò mulier aliqua uenerit in suspensionem marito, quod timeat, ne ab eo aliqua vis ei inferatur debet permitti, ut possit ingredi monasterium monialium, si modo constitutiones Monasterij non repugnant, & accedat consensus Superiorum, Abbatis, & Monialium, & causa cessante ingressus debet inde exire, & si semel exierit, nunquam postea in idem Monasterium ingredi poterit, & tenetur ad clausuram, sicut alie Moniales, & stare sine ancillis, & c. ita Sacra Congregat. declarat 132. & hoc fouetur iure communi, prout habetur in cap. de benedicto 32. quæst. 1. Sylua tract. de benefic. 4. part. quæst. 7. nu. 18. uer. 104. & Nauar. consil. 5. de diuor. dicit Episcopum hoc posse, & licet Apostolica ibi dicat Sacram Congregat. dedisse quandam formulam circa hoc, & ideo succedente casu recurrendum esse ad eam, tamen ego uidi formulam, & est ut primo conueniat constitutioni Monasterij, secundo de consensu Abbatis, & Monialium, tertio sine ancillis, quarto ut seruet clausuram, ideo censeo succedente casu repentino, posse Episcopum hoc facere, quia in casibus repentinis, & periculosis non potest ita facile haberi recursus, & ita uidi practicum in multis Ciuitatibus Regni, & præcipue in Alma Vrbe Neapolis, dum ibidem assisteret Superior, repentini enim casus importans necessitatem, quæ necessitas facit licitum, id quod aliàs est illicitum, cap. quod non est licitum, de reg. iur. in 6. cum aliis concordantibus, de quibus apud Nouarium forens. quæst. 28. n. 10. lib. 1. Vbi quod necessitas legi non subiacet, ex l. 1. ff. de offic. proconsul. l. 1. Cod. de oper. libert. l. pro tyrionibus, C. de priuileg. & ad euitandum scandalum licet à statutis, & regulis iuris recedere, quasi quod tacite leges ipsæ, id patiantur, quia uidetur inesse causa, quæ regulariter excusat, quia in omni edicto rationabilis excusatio est excepta, cap. ex parte de officio delegati, cap. quoniam de rescriptis facit, cap. eod. noscitur eod. tit.*

Respectu autem uiduarum eadem Sacra Congregatio censuit iniqui, (Vidua quæ uiris mortuis honestatis causa se contulerunt in Monasterium, modo sint bonæ existimationis, & famæ, legibusque monialium pareant, tolerari debent, nisi moniales fieri uelint, & iterum. Vidua Nobiles, quibus permittitur ingredi Monasterium, his conditionibus, ut debent, ut nullas secum ducant ancillas, & eo animo ingrediantur, ut nolint, inde amplius exire, & dum apud Moniales sunt his clausuræ finibus, & legibus teneantur, quibus ipsæ moniales.

RESOLVT. CCIX.

- 1 Morari puellis conceditur intra uiginti quinque annis, & ita dicitur decum per sacram Congreg. n. 2.
- Praxis Aloys. Ricc. Pars IV.

Puella educationis gratia ingressa Monasterium intra quantum tempus exire debet.

Vi quandoq; consultus à variis Prælati intra quantum tempus puella, quæ ingressa est Monasterium causa educationis, postea exire deberet, & semper respondit, quod postquam præterit tempus annorum uiginti quinque, intra quod illic morari conceditur ex causa educationis, si statim puella non egreditur, neque ipsa, neque alia quauis incidit in excommunicationis labem, siue censuram, sed potest Episcopus terminum constituere intra quem eligat puella utrum uelit monialis fieri, aut à monasterio egredi, iuxta quandam declarationem sacre Congregationis Eminentissimorum Sacri Concilij Interpretum, ut testatur Thelaur. fori Eccles. cap. 16. num. 54. par. 2.

PRAXIS INTERSTITIORVM CIRCA ORDINVM Susceptionem.

RESOLVT. CCX.

- 1 Ordines vno die conferri non possunt, sed quid si extet consuetudo, num. 2.
- 3 Et quid sanore Carthusianorum.

Interstitia temporum inter vnum, & alterum ordinem minorem, An, & quæ debeant concurrere.

Minores ordines, licet vno die omnes non possint conferri, secundum gloss. verbo minores in cap. 2. de eo, qui furtiue ordines suscepit, Mandol. super reg. cancell. 24. de malè promotis, q. 1. n. 6. Rebuff. super reg. 23. cancell. vers. item cupiens Guttierrez, canon. lib. 1. c. 26. n. 31. & 32. Henric. lib. 10. c. 11. num. 4. Bonac. de Sacram. disput. 8. q. vnic. punct. 5. n. 36. nihilominus propter uerba, Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 11. videlicet (atq; ita de gradu in gradum ascendat, ut in eis cum ætate vitæ meritum, & doctrina maior accrescat) laudabilius erit abstinere, nisi immineret necessitas, vel alia vrgens causa bene uisa Episcopo, & in specie postea firmant Miranda in man. præl. q. 38. art. 5. concl. 2. & Antonin. var. resol. lib. 1. resol. fin. casu 26. & in Concil. Brach. ult. art. 2. c. 1. relinquitur prudentia Episcoporum, an simul, vel per interstitia temporum debeant conferre Ordines minores, inter vnum igitur, & alterum minorem ordinem poterit esse interuallum, quod daretur de vno die festo ad alium proximum, cum singulis diebus festis conferri possint, ut dicimus ita Sorbus in comp. mendic. verb. ordo, vers. & sic bene, Campan. rubric. 6. c. 3. nu. 13. quod verum iudico, uel tutius interueniente interuallo, de vno ex temporibus generalium ordinationum; ad aliud tenent, Vgol. de potest. Episc. c. 26. §. 27. nu. 4. & Maiol. de irregul. lib. c. 24. nu. 13. tamen si consuetudo adesset, quæ permetteret minores ordines, & primam tonsuram vnica die conferri, seruanda est, ut asserunt Siluest. verb. ordo 2. nu. 7. vers. 3. Rebuff. vbi proximè, & Henric. d. §. 4. Campan. 1. diuers. iuris Canonici, rubr. 6. cap. 2. nu. 20. & decum refert, Armendar. ad recopil. legum, Nauarr. lib. 1. tit. 18. l. 1. nu. 57. & etiam illa non obstante, si quis vno, eodemque die omnes ordines minores, vel primam tonsuram cum minoribus receperit, nullam incurreret irregularitatem, ita Auila de censuris par. 7. disput. 9. sect. 1. dub. 4. Sayr. in eod. tract. lib. 7. c. 10. nu. 22. Valentia tom. 4. disput. 7. quæst. 19. punct. 3.

Scire tamen debet, quod fertur declarasse Sacram. Congregat. in Anno 1597. Carthusianos clericali tonsura insignitos, vno eodemque die posse promoueri ad ordines minores, propter eorum vitam solitariam, ut

li 2 faretur

faterur Genueh. in praxi curia Archiep. Neapol. c. 81.
sub n. 1. in antiqua impressione.

RESOLVT. CCXI.

- 1 Ordines conferendi seruatis temporum interstitijs.
- 2 Ordines Sacri duo non possunt conferri.

Interstitijs temporum seruatis Ordines quare sint
conferendi.

- 1 **S**eruatis temporum interstitijs conferendi sunt ordines, videlicet vno anno elapso post susceptionem ultimi minoris ad Subdiaconatum, iterum ad Diaconatum post annum, & post alium ad Presbyteratum, vt habetur in Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 11. 13. & 14. nam interim ordinandi commodius doceri poterunt, quantum sit ordinis, quem suscipiunt, pondus, & dignitas, & cum etate meritisque, ac doctrina maior accrescere poterit, vt habetur in Concil. Trid. quod ad hoc citat Vgolin. de potest. Episcopi cap. 26. §. 27. num. 2. & alia adducit Grassi de effect. b. cleric. in prælud. nu. 326. cum seqq. nullus autem Episcopus absque speciali, & particulari privilegio, & indulto de nouo concessio, conferre potest alicui, etiam Regulari, duos sacros Ordines in vna, & eadem die, etiam si ad id faciendum prætendat habere se quantumcumque legitimam iustis vrgentem, & rationabilem causam. Miranda in manual. Præl. tom. 1. quæst. 38. art. 5.

RESOLVT. CCXII.

- 1 Ordines minores, & Subdiaconatus non possunt conferri non seruatis interstitijs.
- 2 Ordo sacer post ordinem minorem susceptum quando statim suscipi potest.

Subdiaconatus Ordo, & alij Minores vna eademque die
An possint conferri non seruatis interstitijs.

- 1 **D**icendum est absque difficultate, quod Subdiaconatus ordo, & alij minores non seruatis interstitijs in eadem die sine Papæ licentia conferri non possunt, cap. 2. de eo, qui ordin. furt. suscepit, quoniam hodie, ne dum simul dari non possunt, sed nec infra annum, cum non nisi post annum a suscepto postremo gradu minorum Ordinum ad sacros quis promoueri possit, nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas aliud expolcat, vt habetur in Concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 11. cuius Concilij decretum arbitrio Episcopi remittit facultatem abbreviandi interstitia, non autem promouendi, vel dispensandi, vt promoucantur vno die, ad duos sacros, vel vltimum minorum cum primo factorum, ita Menoch. de arbit. casu 264. n. 6. Maior. de irregul. lib. 4. cap. 1. post nu. 1. & lib. 3. cap. 24. post nu. 13. Salzed. ad Diaz. cap. 25. vers. vna eadem die non tamen. Concilio dicto loco aufert consuetudinem, quæ permitteret, vt possint simul minores dari cum Subdiaconatu, nam vbi ea extaret, licet his quoque temporibus, eos simul conferret Episcopus, vt tenent Nauarr. in Manual. cap. 25. num. 21. vers. 8. Rebutin praxi benedict. tit. de Clericis male promotis, glof. 1. nu. 18. Sorb. in comp. privileg. mendicantium, verbo ordines sacri vers. & licet Gutierrez, canon. lib. 1. c. 26. nu. 31. & 32. Viuald. in candel. aureo tit. de Sacramento Ordinis num. 36. Henric. in sum. lib. 10. c. 1. §. 4. Suar. tom. 3. disput. 31. sect. 1. num. 41. Eman. quæst. regul. tom. 3. qu. 23. art. 4. quamuis ab ipso Concilio sublatam esse omnem contrariam consuetudinem existimant. Menoch. de arbit. indic. casu 564. nu. 8. Salzed. ad Diaz. cap. 25. vers. vna eadem die, Maior. de irregul. lib. 4. cap. 11. num. 1.

RESOLVT. CCXIII.

- 1 Anni cursus qualiter detur inter vnum Ordinem sacrum, & alterum.
- 2 Anni sunt computandi iuxta Ritum Ecclesiæ.

Anni cursus, qui inter vnum, & alterum ordinem interuenire debet, qualiter computari debeat.

- 1 **P**ro vera resolutione huius articuli firmanda est conclusio, quod anni cursus, qui inter vnum, & alterum ordinem debet interuenire non opus est, quod habeat trecentos sexaginta quinque dies, quo tempore annus conficitur, sed sufficit aduenisse eandem solemnitatem, & diem anni subsequens, in quo anno transacto alium suscepit ordinem, & ita interstitia non sunt mathematicè interpretanda, ita vt ordinandus nequeat ad ordines promoueri, nisi inter vnum, & alterum ordinem moram traxerit duodecim mensium completorum, sed moraliter, & iuxta ritum Ecclesiæ, videlicet ab vna Quadragesima ad aliam, & a Pentecoste, licet inter primam, & secundam Pentecostis solemnitatem, non sint elapsi duodecim menses, prout ita decisum fatentur, Sorb. in compend. mendic. in verbo Ordines sacri, vers. circa id. Episcopi. Minorens. in praxi episcopali. in verbo. Ordo, vers. ad quartum circa med. par. 1. Vgolin. de potest. Episcopi cap. 26. & §. 27. num. 6. & alii communiter, & vide Nouariu in suo opere noui iuris Pontificij, conclus. 8. sub nam. 3. vers. at contrarium sub rub. de etate, vbi quod anni computandi sunt iuxta ritum, & vltim Ecclesiæ, & allegat Fornar. de ordin. c. 3. n. 9. & Bonacin. de Sacramento. disput. 8. quæst. vnic. §. n. 15. licet loquatur de etate requisita in volentibus ascendere ad sacros Ordines, quo in casu non defuerunt contrarium tenentes, quos ipsemet Nouarius adducit ibidem, vbi inter alios me quoque pro hac contraria opinione adducit, vt pro legitima Ordinum sacrorum etate non sint computandi dies bisexti, nec de illis curandum est, eo quia annus a iure determinatus intelligitur ex trecentis sexagintaquinque diebus continuis, vt apud Henricum in summa lib. 10. cap. 19. §. 2.

RESOLVT. CCXIV.

- 1 Ordines possunt conferri non seruatis interstitijs ex dispensatione Episcopi, vel Capituli sede vacante. n. 2.
- 3 Abbates possunt dispensare cum eorum subditis circa interstitia.

Ad quem nam spectet dispensare super Interstitijs.

- 1 **Q**uamuis seruatis temporum interstitijs conferendi sint ordines, Episcopus tamen cum ordinandis ex causa bene valet in huiusmodi interstitijs dispensare, vt cautum est in Conc. Trid. sess. 23. de reformat. cap. 14. ibi nisi ob Ecclesiæ utilitatem aliud Episcopo videretur.
 - 2 Quæ quidem facultas Episcopo concessa transit ad Capitulum Sede vacante, vel eius Vicarium, Quaranta in sum. Bullar. in verbo Capitulum, vers. 3. Pialeg. in praxi Episcop. cap. 1. n. 50. part. 1. in magnis Grassi de effect. Cleric. in prælud. num. 339. Armendar. l. n. addit. ad recopil. leg. Nauarr. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopi. num. 57. Vbi testatur ita decisum, quos refert, & sequitur Nouarius in suo iure Pontificio nouo, tit. de dispens. num. 2.
- Amplia supradicta conclusionem procedere, vt dispensatio hæc interstitiorum spectat ad Episcopum, etiam respectu religiosorum, cum quibus dispensare valet ex causa, sibi per attestationem suorum Superiorum manifesta, Sorb. in compen. priuileg. ord. mend. in verbo

in verbo ordines Sacri, vers. quoad secundum, vbi quod dispensatio hac interstitiorum pertinet ad Episcopum, etiam respectu religiosorum, cum quibus dispensare potest ex causa sibi per attestationem suorum Superiorum manifesta, ita quod nefas sit Præpositis regularibus dispensare in hoc casu, Rodriquo. in. explic. Bullæ Cruciatæ in fine, Henriquez in sum. lib. 10. cap. 23. §. 4. litt. L. confert. in collect. priuilegi sacri Ordinis folio 136.

- 3 Et in casibus, in quibus Abbates suis subditis primam ronsuram, ordinesque minores possunt conferre per Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 10. poterunt cum eisdem dispensare in interstitiis, vt resoluuit Campan. rub. 12. cap. 13. nu. 42. & vide Mirand. in suo manuali prælatorum tit. 1. qu. 38. artic. 7. conclus. 3. Vbi etiam eleuat dubium, sed non resoluuit, vtrum sibi erit, quādo huiusmodi Abbas, quia infirmus, siue occupatus ad aliud, miserit subditos suos ordinandos, possit cum eis in interstitiis dispensare, (an hoc competat Episcopo ordinaturo,) quod tamen recenter non reliquit cogitandum, Nouarius in suo opere iuris Pontificii noui, concl. 3. sub n. 4. de dispensat. Vbi in propriis terminis voluit, non esse Episcopum, ad quem missus est regularis ordinandus, hoc iudicium facere, sed spectare ad Superiorem mittentem, & ita ait decisum per Sacram Congregat. ex Molfes. in summ. Theolog. moralis tract. 2. de sac. Ordin. cap. 1. n. 56. tom. 1. Vnde idem Nouarius refert n. 6. ad Episcopum proprium spectare hanc dispensationem facere, qui vbi subditum suum alibi ad ordinandum mittit, in litteris dimissorialibus id expresse concedere debet, prout ita respondit Sacra Congregatio.

RESOLVT. CCXV.

- 1 Episcopus cum ordinandis in interstitiis, ad eius libitum dispensare non potest.
- 2 Causa grauior requiritur in dispensatione inter Diaconatum, & Sacerdotium.
- 3 Causæ dispensationum referuntur ex Nouario.

Iustæ causæ dispensationis interstitiorum, quænam sint.

- 1 Licet Episcopus cum ordinandis in huiusmodi interstitiis dispensare possit, non tamen ad eius libitum, atque arbitrium non regulatum aliqua legitima causa, vt habetur in Concil. Trid. sess. 23. de reform. mat. cap. 14. ibi (nisi ob Ecclesiæ vtilitatem aliud Episcopo videretur) ita Nauar. conf. 12. de tempor. ordinat. & additio ad eum conf. 19. de Voto, Miranda, in Manuali Prælatorum, tom. 1. quæst. 38. art. 8. conclus. 3. & 4. Vgolin. de potestat. Episcopi cap. 26. §. 27. num. 3. Bonacin. de Sacramentis disput. 8. quæst. vnica puncto 6. num. 1. versic. grauiorem, vbi dicit grauiorem causam requiri in dispensatione interstitiorum inter Diaconatum, & Sacerdotium, quam inter ceteros ordines, nam Trident. Concil. in dispensationibus interstitiorum inter minores ordines, requirit solum arbitrium Episcopi; in dispensationibus interstitiorum inter minores, & maiores ordines exquirat necessitatem, aut Ecclesiæ vtilitatem, in dispensatione verò interstitiorum inter Diaconum, & Presbyteratum, postulat Ecclesiæ vtilitatem, & necessitatem, itaut non sufficiat Ecclesiæ vtilitas, verum etiam requiratur necessitas, quæ tamen necessitatis, vel utilitatis causa extraordinaria, aut publica, non requiritur, qua Concil. Trident. non remittere uidetur hoc negotium arbitrio Episcopi, & prudentiæ eius; posita vtilitate Ecclesiæ, & necessitate quam Episcopus secundum circumstantiam loci, & temporis, aut iuxta conditionem personæ sufficientem iudicauerit, utranque approbant Sorb. in compendio priuileg. §. ordines sacri Aloyf. Ricc. Prax. Pars IV.

ad finem Emman. quæst. regul. tom. 3. qu. 4. art. 6. & 7. Menoch. de arbitr. calu 427. n. 30.

- 3 Taliter quod Nouarius in suo opere noui iuris Pontificii concl. 3. nu. 7. de dispensat. docet iustas causas dispensationis in huiusmodi interstitiis solere esse, vtilitatem Ecclesiæ, vel eius necessitatem, cuius quidem Ecclesiæ utilitas esset, quoties illa egeret personis, & ministris idoneis ad seruendum necessitas uerò esset, quando pauci essent ministri idonei, sed quādo deficerent idonei, & non idonei, affirmans pariter debere Episcopum aduertere idoneos ministros legitimis occupationibus esse detentos, & aliquando ob inuauetudinem non residere in Ecclesiis, quo in casu putat Nouarius, & doctè quidem necessitatem simul, & vtilitatem moraliter interuenire, & consequenter iustam dispensationis causam præbere.

RESOLVT. CCXVI.

- 1 Dispensatio super interstitiis clarè est facienda.
- 2 Impedimentum Canonicum censetur sublatum per scientiam Episcopi.
- 3 Princeps promouendo inhabilem dispensat.

Dispensatio super Interstitiis qualiter fit facienda.

- 1 Super interstitiis temporum necesse est, ut Episcopus, uel alius ad quem spectat id agere, clarè dispense, vel vt assumat ad ordines infra anni curriculum ordinandum, sciens, nondum esse elapsum tempus ab antea suscepto ordine ad sequentem, quia si ignorauit tacite dispensare non videtur, vt notarunt Maiol. de irregular. lib. 3. cap. 24. n. 14. Salzed. ad Diaz. in pract. crim. cap. 25. vers. opportunè, Menoch. de arbitr. iudic. cal. 563. n. 10. Grassi. de effect. cleric. in prælud. n. 342. quos refert, & sequitur Nouarius in suo iure canon. nouo conclus. 3. n. 3. de dispensat.
- 2 Cuius opinionis ratio est, nam omne Canonicum impedimentum, cuius dispensatio ad Episcopum spectat, censetur sublatum, si illud sciens Episcopus ordinauerit, iuxta ea quæ resoluuerunt Abb. in cap. veniens num. 2. & 4. de filiis presbyter, Bart. in l. Barbarius, n. 12. ff. de offic. prætor. vbi las. num. 10. Felin. in cap. præterea num. 7. de testibus cogendis, Menoch. de præsumpt. lib. 2. qu. 20. num. 7. & sciens impedimentum, & eo non obstante, ordinans censetur tollere impedimentum, vt legitime actum gerat, Glofa notabilis in cap. qui aliquando in verbo concubinas 52. distinct. quam ad propositum adducit Molfes. in summ. tract. 2. de Sacram. ordin. cap. 14. num. 10. tom. 1. nam princeps promouendo inhabilem scienter, secum dispensat, dato, quod non vtatur verbo dispensationis, Alex. in l. quidam consulebant ff. de re iud. Put. decis. 448. lib. 1. plenissime Gabriel conclus. 8. de præsumpt. vbi ampliat id esse verum in inferiore à Principe supremo, vt tenet, Imol. in d. l. quidam consulebant, col. 4. vers. sed verus, taliter quod sola scientia sufficiat, nec requiratur, vt in litteris promotionis sit expressa inhabilitas, Bar. in l. fin. col. 2. vers. & ideo fuit quæst. 6. de fruct. & lit. expens. Bellamer. decis. 698. & 746. Paris. conf. 44. n. 15. vol. 4. & ideo, vbi Capitulum promoueret inhabilem, vel indignum eo casu censetur dispensare, Specul. in tit. de dispensat. §. sunt quoque in fine, Oldrad. conf. 329. colum. 2. & conf. 331. Bal. in l. eam quam col. 10. C. de fideicommiss.

RESOLVT. CCXVII.

- 1 Pœna non incurritur ab Episcopo ordinante non seruatis interstitiis.
- 2 Recipiens ordines non seruatis interstitiis peccat.

Ii 3 Ordi-

Ordinatus, & ordinans absque temporum Interstitijs,
an aliquam poenam incurrant.

PRAXIS ERECTIONIS NOVARVM
Parochiarum.

RESOLVT. CCXIX.

- 1 Ecclesia sine Episcopi consensu edificari nequit, sed sufficit quod sit tacitus, num. 3.
- 2 Episcopus assignat locum edificationis Ecclesiarum.
- 4 Consensus Episcopi sufficit, ut habeatur post constructam Ecclesiam.
- 5 Consensus Episcopi non requiritur in refectione Ecclesie.

Nova Parochia an possit erigi per Vniuersitatem non adhibito consensu Episcopi.

- 1 Ecclesia sine Episcopi consensu edificari nequit, ut probat text. in cap. nemo, & in cap. placuit de consecrat. dist. 1. & in cap. adhuc de relig. domibus, & in cap. cum olim 14. ver. in super de priuileg. Authent. de Eccles. tit. 1. §. si quis autem collat. 9. & notant ultra alios Germon. de sacror. immunit. lib. 3. cap. 1. & 2. Fusc. de Visitat. lib. 2. cap. 2. Maurus alleg. 3. Reusner. decif. 1. num. 34. part. 4. & Duran. de ritib. Eccles. lib. 1. cap. 25. ego in praxi resoluit. 11. part. 2. ubi si in edificatione Cappellæ, vel oratorij requiritur talis consensus, qui quidem Episcopus locum edificationis assignat Crucem figit, lapidemque ponit primarium, ut post gloss. in d. cap. nemo in verbo veniat, scribit Azor. instit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 3. quæst. 4. ubi etiam resoluit posse Episcopum per se, vel per alium tale primarium lapidem ponere, & Crucem figere, quod in dies videmus, & practicum firmans quæst. 6. huiusmodi Episcopi consensum sufficere si sit tacitus, scilicet si Episcopus sciuerit Ecclesiam constructui, & non impediuerit, neque contradixerit cum, tamen facile potuisset, ante eum Sylua de benefico. p. 1. qu. 6. nu. 21. asserentem pariter consensum Episcopi sufficere post constructam Ecclesiam, imò si in parochia esset Ecclesia, & vellent alia edificari, & si accederet Episcopi, aut Prelati consensus id fieri nequit, absque etiam Parochi consensu, ne iuribus suæ parochialis Ecclesiæ præiudicium fiat, ut argum. cap. dilectus de Cappell. Monachor. voluit Guid. Pap. decif. 360. & scribit Crescent. decif. 1. num. 2. de oper. nou. nunciat asserens præstari cautionem de demolendo, & quod interim pendente lite, non consecratur, sequitur Franc. Marc. decif. 1014. volum. 3. recenter, reuertit Nouarius in suo iure Pontificio nouo, conclus. 1. nu. 3. de Monasteriorum edificatione, ubi etiam asserit in reparatione Ecclesiæ Episcopi, vel Prelati consensum non requiri, & gloss. in cap. de Monachis 18. quæst. 2. Reusner. decif. 1. sub n. 32. lib. 4. nisi tamen esset in totum diruta, suæ funditus destructa, & in tali casu requireretur Episcopi consensus iuxta doctrinam Felin. in cap. cum accessissent de construct. ut in simili non licet ludæis nouas Synagogas erigere, sed non prohibetur antiquas reficere, leg. fin. §. illud, C. de iud. cap. consuluit, ubi Doctor. extra de iudic.

RESOLVT. CCXX.

- 1 Ecclesia in dubio præsumitur erecta auctoritate Episcopi maxime quando in ea diuina celebrata fuerint, n. 2.
- 3 Licentia ubi requiritur in aliquo actu non præsumitur illa ex cursu temporis.

Noua parochialis Ecclesia an præsumatur erecta auctoritate Episcopi ex diurnitate temporis.

- 1 Respondi in facti contingentia, quod præsumatur in dubio Ecclesia Episcopi auctoritate erecta, maxime quando haberet dotē, Calder. conf. 4. de relig. gloss.

- 1 Episcopum ordinantem subditum non seruatis temporum interstitijs nullam poenam incurrrere, fundauit Nauarr. consil. 4. de tempor. ordinat. nec ordinatum aliquam incurrrere censuram, nec irregularitatem voluit Zerol. in sua praxi Episcop. in verb. ordo §. 8. par. 1. & post eum Sayr. decif. 56. de tempor. ordin. addo Suarez in tractat. de censur. disputat. 31. sect. 1. num. 43. Pialeg. in praxi Episcop. cap. 1. num. 50. part. 1. Bonacin. de censur. disputat. 3. quæst. 6. puncto 5. num. 7. ubi tamen resoluit recipientem ordines non seruatis interstitijs peccare si faciat, absque licentia Episcopi, circa quod licet contrarium teneat Henric. in summa lib. 6. cap. 10. §. 3. tamen ego sum cum prima opinione, eo quia, ubi quis contra legem agit, peccat, utique mortaliter ex cap. nam concupiscentia, ubi Doct. de constitution. alias leges per Canones, & Concilia frustra essent condita, quod non est dicendum, nam ubi sunt publicata, & recepta utique obligant, & venientes contra eorum dispositionem peccant, ut omnes Canonistæ, Summistæ, & Theologi affirmant.

RESOLVT. CCXVIII.

- 1 Episcopus familiarem suum ordinare potest, sed non potest cum eo dispensare super interstitijs, num. 2.
- 3 Lex, ubi dispensat quoad vnum, non videtur dispensare quoad alium.

Facultas concessa Episcopi dispensandi in interstitijs,
An procedat quoad familiares.

- 1 Licet certum sit, quod Episcopus possit suum familiarem non subditum ordinare, ut legitur in sacro Conc. Trid. sess. 23. cap. 9. de reform. de qua materia nonissimè ultra antiquiores, Nouarius in opere iuris Pontificij conclus. 3. sub tit. de ordin.
- 2 Tamen aduertendum est, quod cum eo non poterit dispensare super interstitijs, ut in specie norat Nauarr. consil. 27. de tempor. ordinat. Sayr. decif. 28. eod. tit. ubi quod Episcopus talis agere nequit ea ratione, quia cum Ordinarius suus facere non valeat nisi pro utilitate, & necessitate Ecclesiæ, multò minus huiusmodi Episcopus extraneus, cui non est subditus familiaris triennalis videtur iudicare, posse de necessitate, & utilitate Ecclesiæ non suæ, præsertim cum potestas ordinandi familiarem non suam triennalem non subditum, & dandi literas dimissorias exorbitans sit à iure communi, & differens à potestate dispensandi super interstitijs, & proinde ad illam non sit extendenda, cap. quæ à iure de regul. iur.
- 3 Quæ opinio eò fortius hodie procedit stante Bulla Sixti V. felicis memoriæ incipient. sanctum, & salutare edita de Anno 1588. de qua apud Sayr. decif. 27. cit. tit. de tempor. ordinat.
- Et facit, nam ubi lex dispensat quo ad vnum, non videtur dispensare quo ad alterum, nisi expresse dicat, quia dispensatio est odiosa, nec est extendenda de casu ad casum, imò nec valet argumentum in tali materia de maiori ad minus, & dispensatio super affinitate non extenditur ad publicam honestatem concurrentem, Nauarr. consil. 4. de consang. & affinit. & dispensatio eius, qui ob febrem, vel alium dolorem non valet recitare horas canonicas ad cæcum non extenditur, Sayr. decif. 7. de priuilegijs, Nauarr. consil. 33. de celebrat. Missar.